

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias, Quas ... Viro-luveni dum viveret ... Dr. Henrico Oberberg/ Mindensi,  
Phil. & Med. Studioso ... Vir Theodorus Vahrmeierus ... Hospes, Popularesq[ue]  
hodie paratas volunt. Cives suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776204009>

Druck    Freier  Zugang




R h a n e , H . ,

i n


**H. Oberberg.**

R o s t . 1 6 3 8 .

21







801

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Profess. P.

*AD EXEQUIAS,*  
Quas

VIRO-JUVENI  
dum viveret

*PRAESTANTISSIMO DOCTISSIMO Q;*

**DN. HENRICO**  
**OBERBERG/**

Mindensi, Phil. & Med. Studioſo,

*CLARISSIMUS & CONSULTISSIMUS VIR*

Dn. THEODORIUS VAHRMEIERUS

Practicus eximius & Vicarius Ante-  
cessor dignissimus, Hospes,

*POPULARES Q;*

hodie paratas volunt.

Cives suos in ædem D. Mariæ ad  
horam in meridie primam serio &  
diligenter vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI. Academ. Typogr.

Anno M DC XXXIX.

**V**Tinam foret Academiæ  
cives, ut plus apud vos  
mortalitatis exempla, quā  
scribendi ratio profice-  
rent, & de parentandi formula mi-  
nus, de vita cumprīmis, exituq; ve-  
stro solliciti essetis. Nos enim, qui  
Magistratus personam gerimus, mo-  
do admoneamus nos ipsos recte, neq;  
fallamur judicio, auribus servire ac  
voluptati non possumus in mœrore  
publico, inter amputata corporis no-  
stri membra, inter vulnera ac cædes,  
quibus Respublica nostra exhauri-  
tur. Quæ dum oculis nostris quotidie  
obversantur, ita penetrat in animos,  
ut, si quisquā cordatus sit, non com-  
ponere sese primū ad luctum, aut  
*suspicio*

892

suspiria mentiri debeat. Fuitq; omni-  
um oratorum consuetudo, quæque  
postea inter instituta & præceptio-  
nes relata est, ut minimum artis in  
luctu, minimū quæreretur ejus, quod  
otiosorum hominū atq; incogitan-  
tium est. Qui quod pueri in funeri-  
bus parentū solent, quia damna cla-  
desq; suas non intelligent, pompā ce-  
remoniāq; delectantur. Nō est, o boni  
non est illa mens nobis, ut alieno vul-  
tu spectemus calamitatem nostram,  
aut eū induere vobis cupiamus. Nul-  
la tam lugubris est oratio, quæ, quod  
delicatis expetitur, maximè non fu-  
giat. Longis enim ductibus, atq; à Mi-  
nois usq; aut Saturni temporibus in-  
choare, Pasiphaēn quandam induce-  
ce, aut epulantes Deos, tam opportu-  
na sunt indoctis, quam aliena à lugen-

I i 2

tibus

tibus. Nemo bonus tam graviter dolet, frangiturq; animo, ut simul non male verbis sit. In eo autem, quod loqui velis & non reperire & titubare, hoc natura luctui imposuit. Ad quem nulla propior accedere oratio potest, nisi, quæ hiulca sit, minimeq; cohæreat; futurumq; tum istud artificium est, ut neq; ex arte profectum videatur, & maxime tamen artificiosum sit, quo propius ad naturam accesserit. Neq; evidentius argumentū est, superficiarii doloris, quam cum meditata exornataq; oratione, & varie dispositis emblematis mariti uxorum, filii parentum, omniumq; eorum funera proseqvuntur, à quibus hereditas speratur. Tum quidem labram mordere, tum fingere quicquam in animo mali, ut torvum videoas, tum sumere

39.

sumere personam, & affectare vultum oportebit; Quæ nos lugemus, vera omnia sunt, nataq; in pectore, nec verbis aliena. Nolite igitur, Academizæ cives, alio inter legendum esse animo, quam nos sumus, quoties ad ejusmodi scriptiōnem accedere solemus. Qui, quod optimus primo quinquennio Princeps ac Imperator Nero, cum subscribere suppliciis reorum debebat, literas se nescire exoptavit. Tanta humanitate iustitiam atque disciplinam exercens. Outinam & nos ignoraremus literas, neq; vel hoc officiū accedere, ac parentare tam bonis, & nimium, quam cito exstinctis Republicæ nostræ spebus, florētissimis ex ordine vestro juvenibus, debeamus. Parentibus quidem vestris & cognatis, reū vero literariæ, ac posteritati istæ quam oportunnæ preces forent. Nunc cum aliter visum Deo sit, quemadmodum necessitati Præstantissimus Doctissimusq; Juvenis, HENRICUS Oberberg, Philosophia & Medicinae Studiosus, parere debuit, ita nos voluntatem Hosptis ac populariū negligere super hoc ejus fato non possumus. Qui, curi nobis lugendi materiam ac modum in se relinquaret, istud expertus est judicium, ut memoriae quoq; ipsius consuli necessesit. Quapropter ut cetera, quæ studiorum literarumque

I i 3

jactu-

jacturam spectant, conquesti alio loco plus satis  
fuimus, ita nos recens dolor, vix obducto prior e,  
graviora pati non admittit. Ad natales ergo ejus  
vitæq; summam rectâ progredimur. Natus au-  
tem noster est A. C. M DC XVI, Mindæ West-  
phalorum celeberrimo loco, parentibus Clarissi-  
mis. Parens enim fuit Consultissimus & Amplis-  
simus Vir JOHANNES, U. J. D. celeberrimus, Pa-  
triæ filii sui per multos bene annos Syndicus me-  
ritissimus. Ex qua functione propter virtutem  
singularem, fidem atq; dexteritatem ab Illustris-  
simo Celsissimoq; Principe ac Domino Dn. A-  
DOLPHO FRIDERICo Duce Megapolitano, in  
comitatum suum atq; aulam Sverinensem evo-  
catus est, ut secretioribus consiliis, & pro Præside,  
quem Vice-Cancellarium vocant, in ditimendis  
litibus adesset. Inde ad Gustrovensem Fratris  
aulam director Cancellariæ expetitus ac præfe-  
ctus est. Quibus honoribus in ultimum vitæ tem-  
pus facile acquievisset, nisi per temporum inju-  
riam ac tumultum hujus regionis extra quiete,  
quam honestissimam omnibus cæteris rebus, ni  
præferendam esse duxit, positi illi & cum maxi-  
mis difficultatibus, absq; ulla tamen meliori spe  
per operam suam fuissent. Repetita ergo patria,  
gatione ac judicio in posterum ab omni Repub-  
lica

899

lica abstinuit, privatusq; ante quinquennium ad  
publicam felicitatem secessit. Mater autem ca-  
stissima, honestissimaq; matrona WOLBARDIS  
exstitit, ex antiquissima atq; inlyta GEVECO-  
TIORU mapud Mindenses familia. Non poterat  
ergo filius, nisi ad ingenii cultum capessendum  
educari, qui nec mala indole à parentibus esset,  
virtutumque igniculos in pueritia ostenderet.  
Christo ergo per baptismum sibi induito, pieta-  
te ac moribus, ut & literis, quas ætas illa fert, im-  
bui feliciter incepit. Domi quidem primo, quo  
ad parens supererat, post Lubecæ atq; Hambur-  
gi, Gymnasiis frequentibus ac celeberrimis, Af-  
flictissima nunc mater futurorum ignara longè  
in filio spe inchoatâ, cum vigesimū ille attigisset  
ætatis annum, Regiomontium Borussorum ad  
mercatum bonarum literarum à se dimisit. Unde  
ad nos reversus, sed qui annum Academie huic  
profectibusq; suis impendit, Medicorum filiis  
insertus, istiq; studio pro sua parte diligenter  
vacans. Vitæ genere sic usus, ut demeritus sir  
gratiam ac favorem Consultissimi Clarissimiq;  
Viri Dn. THEODORI VAHMEIERI, J.U.D.  
Practici apud nos eximii & Vicarii Antecessoris  
dignissimi. Vigesimus quintus Junij erat, cum  
morbi vis ante aliquot dies sentiri cepta dejice-  
ret

hēc istum juvēnem, luctantemq; plus satis lectō  
affigere instituit. Eamq; majorē per exigua tem-  
poris intervalla expertus, quodq; nō abs refuit,  
porrò metuens, quod hujus tempestatis ratio vel  
in momenta exigere potest, cūm Deo in gratiam  
redire, ob signariq; sacro Salvatoris sigillo, cor-  
pore scilicet, sanguineq; JESU CHRISTI festi-  
navit. Confessusq; peccata sua Reverendo &  
Clarissimo Viro D. M. CHRISTIANO MICHAELIS,  
votorum suorum omnium compos fastus est.  
Quamquam enim diligēns cura, & quantū hu-  
mana ratio providere potest, adhibita fuerint o-  
mnia, increvit ramen malum istud, finemq; ju-  
veni florentissimo attulit ad nuperū Julii quar-  
tum duo cum viginti annis nato. Vos Academię  
cives nolite tam procul habere communē mor-  
talium sortem, & recessibus quibusq; admoniti  
exemplis, fugite omnia, quae exitum vitæ asperi-  
orem possunt ac difficiliorem reddere. Eodem  
ergo habitu, puro jam à labe, quo defunctus  
HENRICUS vester, dum ad tumulum fertur,  
præcedit, omnes hodie pii mecum exequias  
ite, & bene valete. P.P. 6. Julij

A.C. 16 28.









Universitäts  
Bibliothek  
Rostock


[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn776204009/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776204009/phys_0015)

DFG



sumere personam , & affectare vultum  
bit ; Quæ nos lugemus , vera omnia sun  
in pectore , nec verbis aliena . Nolite ig  
cademæ cives , alio inter legendum ess  
quam nos sumus , quoties ad ejusmodi  
nem accedere solemus . Qui , quod opt  
mo quinque annio Princeps ac Imperat  
cum subscribere suppliciis reorum debo  
ras se nescire exoptavit . Tanta huma  
nitati atque disciplinam exercens ,  
& nos ignoraremus literas , neq; vel ho  
accedere , ac parentare tam bonis , & n  
quam cito extinctis Republicæ nostræ  
florentissimis ex ordine vestro juvenibu  
mus . Parentibus quidem vestris & cog  
vero literariæ , ac posteritati istæ quam  
næ preces forent . Nunc cum aliter vi  
sit , quemadmodum necessitati Præstat  
Doctissimusq; Juvenis , H E N R I C U S S  
Philosophiæ & Medicinæ Studiosus , p  
buit , ita nos voluntatem Hospitis ac p  
negligere super hoc ejus fato non p  
Qui , cum nobis lugendi materiam ad  
in se relinquaret , istud expertus est iudi  
memoriæ quoq; ipsius consuli necesse  
propter ut cetera , quæ studiorum litera

1 i 3



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 011